

II. AQVILEIA CONCORDIAM.

Composuimus hoc capite primum miliarios repertos ad Aquileiam, scilicet duos n. 7989. 7990 'viae geminae a porta usque ad pontem', Sontii opinor (v. ad n. 7989 in fine); item n. 7991 similem; denique n. 7992 viae Anniae memoratae praeterea in titulo n. 1008a. Haec strata omnino aetate liberae rei publicae et diversa a cognomine Etrusca si nomen duxit a consule (nam censores Annii nulli fuerunt), redit aut ad T. Annium Lusum cos. a. u. c. 601 aut ad T. Annium Rufum cos. a. u. c. 626, quorum uterque Italiam provinciam videtur habuisse. Titulus ille cum prodierit in vico Terzo, potest fuisse via ducta Aquileia Virunum, cuius mansiones explicuimus Italicas p. 167, Noricas vol. III p. 692. 693.

Via Aquileia Concordiam m. p. XXXI fuit teste itinerario Antoniniano

p. 128. 281 vel m. p. XXX teste Peutingerano; stationes adnotat Hierosolymitanum sic: *Aquileia—XI—mut. ad undecimum—X(XI)—mut. ad Pacilia (apicilia)—VIII (VIII)—civ. Concordia*. Tituli qui ad eam spectent nulli reperti sunt praeter unum n. 7993, quem pariter atque Maguzzanensem n. 8029, Bedizzolenses duos n. 8031. 8032 et Verdellensem n. 8044 Valentiniano et Valenti *devota Venetia* collocavit. Ex his cum Maguzzanensis et Bedizzolenses tituli in media Venetia reperti sint inter Veronam et Brixiam, is quem hoc loco edimus stetit fere in confinio Venetiae propriae et Histriae; tertius denique Verdellensis loco inter Bergomum Mediolanumque medio eruderatus flagitat adeo, ut Venetia, certe qualis fuit sub Valentiniano, praeter regionem Plinii decimam ex undecima agrum Bergomatem complexa sit.

7989 Aquileiae KIRIACANA EXEMPLA. In choro ecclesiae monasterii Aquileiae RAMB. In ecclesia monasterii S. Mariae extra muros Benedictinarum SANUT. IN ITIN.; in pavimento intra chorum manu dextera intranti ACCURS.; ibidem in pavimento BERTOLI, unde transiit in museum Cassis, ubi adhuc extat. — Quod lapidem prope murum q. d. *muringian*, id est murum geminum (de quo cf. Bertoli Calogera 49 p. 451 sq.) repertum esse dicit BERINIUS, nugae sunt merae, cum inde a saeculo XV medio in pavimento ecclesiae fuerit.

IMP · CAES
 Ç · I V L I V S
 V E R V S !
 M A X I M I N U S · p. f.
 5 INVICTVS · AVG
 AQVILEIENSIVM
 R E S T I T V T O R
 E T · C O N D I T O R
 V I A M · Q V O Q V E
 10 G E M I N A M
 A P O R T A · V S Q V E
 A D · P O N T E M
 P E R · T I R O N E S
 I V V E N T V T · N O V A E
 15 I T A L I C A E · S V A E
 D I L E C T V S P O S T E R I O R
 L O N G I · T E M P O R I S
 L A B E · C O R R V P T A M
 M V N I V I T · A C
 20 R E S T I T V I T

p. C. 235-238

Descripseri diligenter. Kiriacus subiunxit epistulae, quam ex Ancona VIII k. j. 1439 dedit ad Ludovicum patriarcham Aquileiensem (cod. Ottob. 2967 f. 28 r.; item inter Fontaniniana cod. Marc. Lat. XIV 49 f. 276'; Mehus itin. p. 77) 'a me ex eadem ipsa civitate (Aquileia) alias inter exacta tempestate compertam'. Item Io. Bononius in cod. Ferrarini Traiectino f. 114 posuit hoc indice: 'apud Aquileiam repertum et ex chirographo ipsius exscriptum'. Repperit praeterea Nissenus in cod. ms. n. 3 bibl. Volaterranae scripto ante a. 1472 cum lemme hoc: 'epigramma apud Aquileiam antiquissimam Italiae civitatem; ex K. A. compertum', item ego in simili libro Florentino (bibl. Magliabecch. *conv. soppressi* II. IX. 15 p. 256) inter Cyriacana alia cum eadem praescriptione. Legitur deinde tam in codd. Kiriacanis Parmensi f. 102', Vat. 6875 f. 83, Riccardiano 996 f. 18, Chigiano I. VI 203 f. 22, Angelicano f. 30, quam in syllogis antiquioribus fere omnibus cod. bibl. Angelicae D 4. 18, olim Passionei f. 30; in Rediano f. 136 n. 38; apud Felicianum cod. Marc. f. 62'; apud Marcanovam (Bern. n. 448, Mut. n. 3); apud Ferrarinum cod. Traiect. f. 74; apud Iucundum cod. Ver. f. 189, Gammarum f. 106, Liliam f. 161'. Posuerunt eandem Iacobus de Utino in

epistula scripta a. 1448 Flaviusque Blondus in Italia illustrata reg. X (ed. Basil. 1559 p. 385). Postea dederunt Secundus (inde Bellonus n. 22; Sanutus et in itinerario a. 1483 p. 145 et in sylloge inter addenda f. 48; Vat. 5250 f. 68' n. 59; Rambertus n. 70; Valvasone Aquil. n. 87; Capodaglio n. 80; Tomitanus f. 20'); Bologna n. 13 (inde Ferrarinus cod. Reg. n. 17); Bembus f. 72'; Candidus comm. Aquil. 1520 f. 5 (inde Tacuinus 1525 f. 76; Henr. Palladius p. 72); Accursius n. 30; Apianus 349, 1; Manutius cod. 5248 p. 20; Ligorius ms. Taur. vol. 3; Grut. 152, 4 ex Tacuino et Apiano; Fontanini ms.; Beretta ms.; Bertoli p. 284 n. 401; Berini Timavo p. 35; Zandonati p. 199; Gregorutti.

Variam lectionem accurate referre operae pretium non est; nam et de lectione constat et exempla antiqua ita similia sunt, ut quis quem exscripserit ex huius tituli exemplis non appareat. — Versuum ordinem ex antiquis retinuerunt Secundus et Bologna. — 2. 3. 4 lacunam celant exempla Kiriaci fere omnia et Iacobi, adnotat Redianus; Secundus sic notat apud Ramb.: 'queste tre linee furono scarpellate et quaste da uno lapicida, pochi anni fanno, il quale cavata la copia di detto sasso lo guastò, acciochi altri non havessino copia integra. Et non solo guastò questo, ma ancho molti altri.' Tres versus punctis implet Bologna. INVICTVS praeterea delevit Candidus. Suppleverunt legisse sibi visi sunt DIVI TRAIANI-PARTHICI | F-DIVI-NERVAE-N | TRAIANVS-HADRIANVS Bertolius, C-FL-VAL | LICINIANO | LICINIO in schedis Cortenovii Chaupy. Erasmus esse ego deprehendi Maximini nomen. — post v. 5 GERMANICVS inseritur apud Bell. manu 2. — 8 om. Ferrar. 74, Iucundus. — 13 in margine supplevit in utroque codice Marcanova, om. Ferrar. 74 nec tamen Iucundus. — 14 NOVAE-IVVENTVT Trag. Parm. — post 15 IVL-CAESARIS-QVI-SVO-NOMINE-AQVILEGIAM-ET-FORVM-IVLII-APPELLAVIT inserunt Felic. f. 62 Ferrarin. 74 Lilius Iucundus. — 17. 18 LONGA-LABE, addito in margine TEMPORVM Marc. in utroque libro.

Pons intellegitur opinor non Natisonis oppidum ipsum alluentis, quae est opinio Cluverii p. 185, sed Sontii is de quo supra diximus p. 75, distans ab Aquileia M·P·XIII vel XVI; nam similiter significatur nomine nullo adiecto apud Herodianum et cum via refecta sit per milites, paullo longior neque plane urbana requiritur.

7990 Aquileiae in aedibus n. 5 EGO. Repperit a. 1858 Catharina Stabile in fundo suo *alle Marignane al di là della roja del molino* GREGORUTTI. Est Paperiani apud Gregoruttium.

5
 G
 NS
 OR
 5 D I T O R
 Q V O Q V E
 N A M ·
 A · V S Q V E
 I T E M
 10 O N E S
 N O V A E

Descripseri et repperi praeterea inter Kandleriana. Descripsit item Majonica. Edidit Gregorutti n. 55. Tituli praecedentis exemplum alterum fractum.

1 dimidiam s habet solus Greg., addens eam illaesam mansisse.